

decem quaestiōnēs Latīne: Lūcilius

1. quae hōra est?
hōra octāva est.
2. ubi est Sabīna?
Sabīna est in popīnā.
3. ubi est servus?
servus est in viā.
4. quid agit servus?
servus prō lectīcā ambulat.
5. quis est iuvenis in lectīcā?
Lūcilius est iuvenis in lectīcā.
6. quid dīcit Mānius?
Mānius dīcit, 'salvē! ego sum mendīcus.'
7. quae in viā cadit?
tēgula in viā cadit.
8. habitat Lūcilius in Subūrā?
Lūcilius in Subūrā nōn habitat.
9. quid agit Lūcilius?
Lūcilius ērubēscit.
10. quid agit Sabīna?
Sabīna rīdet.